Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

21

mius. albinus gn. fuluius centimalus consules
bellum contra illiricos gesserunt et multis
ciuitatibus captis. etiam reges in dedicionem
acceperunt. ac tunc primum ex yllirijs trium-
phatum est. Emilio consule ingentes gallorum
copie alpes transierunt. sed pro romanis to
ta italia consensit. traditumque est a fabio hysto
rico qui ei bello interfuit. dccc hominum parata
ad id bellum fuisse. sed res per consules tantum prospere
gesta est. xl hostium interfecta sunt. et triumphus
emilio decretus. Gallorum quidem animi feroces.
corpora plusquam humana erant. sed experi
mento dephensum est. quod uirtus eorum sicut
primo impetu maior quam uirorum est. ita se
quens minor quam feminarum. Alpina cor
pora humenti celo educata habent quiddam
simile niuibus suis. cum mox calore pugne
stati in sudorem eunt. et leui motu quasi
sole laxantur. Hii britto maro duce non pri
positurossese balthea iurauerunt. quam capi
tolium incendissent. Factumque est. Ergo uictos
eos emilius in capitolio discinxit. et qui
dux eorum de romano milite marti suo